

feceritis vos, vel successores vestri in poena sacramenti ore ad os, aut p. nuntium, sive p. litteras p. maiore partem Consilii attendam et observabo. Vobis quoque et successoribus vestris fidelis ero.

Et insuper jam sacramentum astrictus promittens promitto ego suprascriptus Marinus Maurocenus Comes Auserensis cum meis haeredibus Vobis Dno Joanni Dandulo, Dei gratia, Venetiae, Dalmatiae, atque Croatiae Duci quartae partis, et dimidia totius Imperii Romaniae Dominatori et Iudicibus, et Sapientibus Consilii, et Communi Venetiar. et vestris successoribus, me haec omnia ut continentur superius facturum, servaturum nisi remanserit p. vos Dne Dux, vel successores vestros, et maiore partem Consilii, quod si non dicta omnia sicut continentur, observabo, comitatus ipse in vos, et Commune Venetiar. cum omnibus supra concessis redire debeat cum omni plenitudine Communis ad faciendum de omnibus quicquid vestrae fuerit voluntatis. Et insuper vobis vestroque Communi quingentas marchas argenti debeam emendare.

Preterea imprestita ad avedatica, que pro Communi Veneciae ordinata fuerint faciendum p. me, vel p. nuncium meum facere teneor infra terminum mihi datum p. litteras vestras vel successor. vestror. vel postquam michi praeceptum fuerit a vobis, vel successorib. vestror. maiore parte Consilii.

Datum in Ducali Palatio in praescripto millesimo et Ind. ne die VII exeunte Martio.